

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Ego non mirer esse quamquam, qui sibi persuadeat corpora quaedam solida atque
2 individua vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex
eorum
3 corporum concusione fortuita! Hoc qui existimat fieri potuisse, non intellego, cur non
4 idem putet, si innumerabilis unius et viginti formae litterarum vel aureae vel qualeslibet
5 aliquo coiciantur, posse ex iis in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint,
6 effici; quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna. Isti autem
7 quemadmodum asseverant ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam
8 ποιότητα Graeci vocant, non sensu praeditis sed concurrentibus temere atque casu
9 mundum esse perfectum, vel innumerabilis potius in omni puncto temporis alios nasci,
10 alios interire: quodsi mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur
11 templum, cur domum, cur urbem non potest? quae sunt minus operosa et multo quidem
12 faciliora. Certe ita temere de mundo effutiunt¹, ut mihi quidem numquam hunc
13 admirabilem caeli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur. Praeclare ergo
14 Aristoteles: “Si essent, inquit, qui sub terra semper habitavissent bonis et illustribus
15 domiciliis, quae essent ornata signis atque picturis instructaque rebus iis omnibus,
16 quibus abundant ii, qui beati putantur, nec tamen exissent umquam supra terram,
17 accepissent autem fama et auditione esse quoddam numen et vim deorum, deinde aliquo
18 tempore patefactis terrae faucibus ex illis abditis sedibus evadere in haec loca, quae non
19 incolimus, atque exire potuissent: cum repente terram et maria caelumque vidissent,
20 nubium magnitudinem ventorumque vim cognovissent aspexitque solem eiusque
21 cum magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is
22 diem efficeret toto caelo luce diffusa; cum autem terras nox opacasset, tum caelum
totum
23 cernerent astris distinctum et ornatum lunaeque lumen varietatem tum crescentis,
24 tum senescentis eorumque omnium ortus et occasus atque in omni aeternitate ratos
25 immutabilesque cursusque cum viderent, profecto et esse deos et haec tanta opera
26 deorum esse arbitrarentur.” Atque haec quidem ille; nos autem tenebras cogitemus
27 tantas, quantae quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse
28 dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret, cum autem tertio die sol
29 illuxisset, tum ut revixisse sibi viderentur: quod si hoc idem ex aeternis tenebris
30 continget, ut subito lucem aspiceremus, quaenam species caeli videretur?

¹ effutire = schwatzen, in den Tag hinein reden.

II. Sprachliche Erläuterungen

- 1.** Herkunft des Textes? Welche Weltanschauung legt der Sprecher dar, von welcher anderen setzt er sie ab? Welche Gestaltung in der lateinischen Literatur hat diese letztere erfahren?
- 2.** Was ist über die “*Annales*” des Ennius und ihre Wirkung in der lateinischen Literatur bekannt?
- 3.** Welche Persönlichkeiten können als Schöpfer einer lat. philosophischen Sprache bezeichnet werden?
- 4.** Mit welchem rhetorischen Terminus wäre der Stilcharakter der Stelle zu fassen?